

Salis ammoniaci unc. iß.

Solvantur in

Aquæ communis libr. iß.

Cum hac solutione lævigentur super porphyrite.

Cretæ albæ purissimæ libr. iiiß.

Cerussæ libr. ij.

ultimo admiscendo

Camphoræ ope spiritus vini in pulverem redactæ unc. j.

Ut omnium fiat massa, ex qua formentur globuli ponderis uncia dimidiæ in umbra exsiccandi, ac servandi.

HEPAR ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi.

Nitri ana libr. j.

Seorsim in pulverem trita mixtaque accurate in crucibulo candenti detonent, injiciendo per vices. Et fervetur massa.

Hæc cum aquæ sufficienti quantitate debite abluta, & exsiccata dicitur

CROCUS METALLORUM.

## HEPAR SULPHURIS.

℞. Sulphuris part. ij.

Salis alcalini fixi puri part. j.

Mixta injiciantur in crucibulum, ut fluant in igne. Probe unita massa eximatur, & frige-  
facta illico indatur vitro exacte claudendo.

INFUSUM *sive* AQUA ANGELICA.

℞. Cremoris Tartari dr. ij.

Solvantur in

Aquæ bullientis unc. viij.

In ipsa ebullitione adjiciendo

Mannæ electæ unc. ij.

Tartari tartarifati dr. iß.

His tandem solutis adde

Succum pomi unius citri.

Et infunde fervide super Corticibus ejusdem  
pomi recenter concisis.

Stent in vase clauso per quadrantem horæ.

Clarificatum dein albumine ovi, & per  
chartam emporeticam calide filtratum exhi-  
beat.

INFUSUM *sive* AQUA LAXATIVA.

℞. Foliorum Sennæ dr. vj.

Cre-